

# PERITISSIMO

MVLTAQVE RERVM EXPERIENTIA

prædito Iohanni Magebuccho inclytæ urbis No=  
rinbergæ Medico, Leonhardus Fuch=

sius. S. D.



ON ERAT CVR LITERIS AD  
moneres, ne te ex amicorum meorum albo  
expungerem charissime iuxta ac humanissi=  
me Iohannes, quum nihil unquam minus in  
animum uenerit. Nam extra hoc quod nullā  
occasione, quare id facerem, præbueris,  
nunquam non sapientissimum hoc Solonis di=  
ctum animo insedit, φίλος μή ταχὺ κτῶ Amici haud  
ōus δ' ἀρκῆσῃ μή ταχὺ ἀπόδεκιμαλε. Proinde hoc tibi planè per= temere reij= suadeas, nullos esse quos impensius odio habeam quam eos, qui ob le= ciendi.  
uißimam etiam causam cōiunctissimos olim amicos repudiare solent, cum  
hoc uno satis innoteſcat quam in reliquis quoq; inconstantes ſint, quanq;  
facillime ad quemuis auræ paulo immutatorem flatū immutentur. Quid  
multa? Ego ſane, ut incertum hoc mībi uſurpem.  
Γνήσιος ἐιμι Φίλος, καὶ θυ Φίλον, ωσ Φίλονοιδε.

Tous ἡ κακοὺς δύολου πάντας ἀποσέφομαι.  
Οὐδένα δωδεύω πέρις ταύτης τούτης. ουσ δ' ἄρα τημῶ,  
Τούτους δὲ ἀρχῆσ μέχει τέλους ἀγαπῶ.

Quod autem rarer scribendo sum quam olim fuerim, locorum di=  
ſtantiae dabis, que ut indices literarum uicissitudine certemus, haud per=  
mittit. Vel si maiis, Alpium aspermis iugis tribuito, in quibus cum omni= Alpium inco=  
nis humanitatis expertes degant homines, quid mirum si non nihil bar= le inhumani=  
barici illuc contraxerim. Scis enim quam facile conuersantium nobiscum  
contagium nos impetat. Ne tamen interim dum apud alpinos ago totum  
tempus sine fruge abiret, atque ego planè ocio torpicerem, rari enim illuc  
qui Medici opem exceptent, quando quiuis aut crudis rapis, aut lacte unde

## E P I S T O L A

recens extractum butyrum est, deniq; cerevisia paululum excalfacta si-  
bi medeatur: non nihil operæ in restituendare herbaria insumpsi, id quod  
Deo aspirante, olim uidebis. Verum dum totus in eo sum negocio, affer-  
tur disceptatio Hieremæ cuiusdam Brachelij Louaniensis Medici, uiri  
non inerudit, sed frigidissimis argumentis in pleuritide ex opposito la-  
tere mittendum esse sanguinem contendens. Senties uerum esse quod  
scribo, ubi nostracum illius diligenter contuleris. Mecum uero cur con-  
Briffoti gredi uoluerit nihil miror, cum Briffoto autem homine literatissimo & in  
laus. rebus Medicis ad miraculum docto, quem iam dudum esse mortuum mi-  
nime ignorare potuit, cur disceptari mirari satis non queo. Deteruisse  
debebat hominem tritum hoc omnium in ore proverbum, cum larvis non  
esse luctandum. Utinam autem penitus Briffoti apologiam inirospexisset,  
ita enim paginam non esse in sua disceptatione deprehendisset, cui ille  
non satisfecerit, immo quam non raditus extirparit. Suspicio itaq; est  
in gratiam Louaniensium sophistarum Hieremiam ista effudisse, id quod  
præter friuolas & nullius momenii, quibus paßim utitur, rationes, autho-  
rum etiam patrocinia in suam sententiam misere detorta satis indicant.  
Accedit quòd turpiter admodum in reuulsionis & deriuatiōis uocabulis  
hallucinetur, quorum certe genuinam uim, cum linguae latīnae probe pe-  
Apologie ritus sit, ignorare non facile, nisi dedita opera, potuit. Huic itaq; ut rea-  
causæ spondem plurimis rationibus motus sum. Primum ut Briffoui manibus,  
quibus perpetuo bene uolo, patrocinarer. Dein ne simplices aliquot &  
mediocriter docti obscuris Hieremæ argumentis, dictioñisq; elegantia se-  
ducti, in pristinum errorem, qui multis exuij caussa esse posset, relaberentur.  
Adde ut me à calumnia, quando non semel mendacij insimulet, defen-  
derem. Et cum bona spes sit de Hieremia, quando in reliquis, quod sciam,  
nihil à nobis dissentiat, ut hoc pacto in meliorem uiam reduceretur. Ad-  
Matthæi iecta quoq; per me est disceptatio Curtij in Italia magni nominis Medici,  
Curtij di- quam amicus quidam nubi, ut ex prælegente exceperat, obtulit barba-  
sceptatio. ram quidem, at minime fculnis argumentis utentem. Quem utiq; libel-  
lum, ut gravior legentibus, breviorq; fieret, paulo latiniorem fecimus, &  
si qua parum ad institutum faciebant, resecuimus. Proinde ut certum  
aliquod

N V N C V P A T O R I A.

aliquid infraacte nostræ amicicie pignus haberet, uolui ut hoc quicquid  
est operis quod in confutandis Hieremiac argumentis adhibuimus tuo no-  
muni nuncupatum in publicum prodiret. Et certe cum hæc disceptandira-  
tio, non nisi à Medico recte assequi posset, æquum fuit, ut tibi cui mecum  
communia sunt studia dedicaretur, ut hac ratione non solum patroni, ue-  
rumentiam iudicis partibus fungereris. Neq; enim tuum tuiq; similium,  
hoc est, uere eruditorum, & quibus solidæ medicinæ scriptores assidue  
in manibus habentur, pertimesco iudicium. Eos autem quibus Arabum Arabum se= adhuc nugæ nimium placent, pili non facio, quum homines sint omni iu= statores.  
dicio, imò sensu quoq; communi destituti, quibus certe ut ueterem erro= rem deponant nemo utcunq; etiam doctus aut persuadendi artibus instru= etus persuadebit. Quare nihil consultius nisi ut hæ pestes hominum in  
Anticyras deportentur, ne scilicet contagione morbus latius serpat, aut  
si aliqua in elleboro spes est, ut non nihil purgato cerebro resipis= cant. Tu itaq; munusculum hoc meum exiguum licet, at  
ab amico syncero profectum, læta fronte excipias,  
ita enim ad maiora olim exhibenda me  
imuitabis. Bene uale. Culma= chij quarto calendas Au= gusti. Anno M. D.

XXXIIII.

A 3